



CENTURIA  
Quarta  
QUÆSTIONUM

ILLUSTRIUM PHI-  
LOSOPHICARUM

*In inchoata VVittebergensi Academia  
publicis disputationum exercitijs  
Sub præsidio*

M. Jacobi Martini Profefs.  
*publici discussarum.*




WITEBERGÆ,  
Excudebat Martinus Henckelius, Sumptibus  
Pauli Helvvigij Bibliop. Anno 1608.



QUÆSTIONUM ILLU-  
strium Philosophicarum in  
Centuria hac quarta con-  
tentarum,

I N D E X

Quæstiones Logicae & Rhetoricæ

1.  N modi syllogismorum, directe concludentes sint le-  
gimi. disp. 1. q. 2.
2. An Oratoris numerus natus sit ex Poetico. disput. 1.  
q. 3.
3. Cur in secunda figura medium tam in majore, quam in minore  
predicetur. d. 2. q. 1.
4. Quare figura illa, in qua medium ubi q. predicatur, sit secun-  
da. d. 2. q. 2.
5. An medium in tertia figura semper subijciatur. d. 3. q. 1.
6. An Interrogatio sit figura Rhetorica. d. 3. q. 2.
7. Quot modis fiat reductio Syllogismorum imperfectorum ad  
perfectos. d. 4. q. 1.
8. An expositio sit Syllogismus proprie ita dictus. d. 4. q. 2.
9. Quomodo Gratia à poetis fingantur. d. 4. q. 7.
10. Vtrum propositio singularis in Syllogismo equipollet univer-  
sali, an potius particulari. d. 5. q. 1.
11. Vtrum inductio sit Syllogismus & instrumentum logicum. d.  
5. q. 2.

12. An necesse sit Syllogismum in Logica considerare secundum  
certas materia conditiones. d. 6. q. 1.
13. An doctrina de Demonstratione sit necessaria. d. 7. q. 1.
14. An Eclipsis de i una, Tonitru de nube perfecta demonstrati-  
one demonstrari possit. d. 7. q. 2.
15. An Medium in demonstratione potissima debeat esse causa,  
an vero definitio. d. 8. q. 1.
16. An Medius Terminus sit compositum quid ex definitione  
subjecti & passionis, vel ex posita causa subjecti & passionis.  
d. 8. q. 2.
17. An medium demonstrationis potissima semper sit definitio &  
causa majoris extremi. d. 9. q. 2.
18. Cum in demonstratione medium sit causa majoris, in quonam  
genere causarum sit causa. d. 10. q. 1.

## Quæstiones Metaphysicæ.

1. An Philosophia hominis naturam & perfectionem procuret &  
instauret. disp. 1. q. 13.
2. An discrimen sit inter officium & finem. d. 1. q. 4.
3. An mundus rectè dicatur totū & universitas. d. 1. q. 5.
4. Quidnam sit principium mundi efficiens. d. 1. q. 6.
5. An Genij sive Angeli sint essentia, hoc est, an sint & existant.  
d. 1. q. 8.
6. An Angeli sint vera *ὄντα*. d. 1. q. 9.
7. An Deus sit essentialiter suus intellectus & sua vita. d. 2. q. 3.
8. An sit tantum unum primum principium. d. 2. q. 4.
9. An creatio natura lumine quodammodo videri possit; & an  
eam agnovit Aristoteles. d. 2. q. 5.
10. Verum Angeli sint animalia. d. 3. q. 3.
11. An angeli sint corporei. d. 3. q. 4.
12. An Deus natura necessitate mundum creaverit. d. 3. q. 5.
13. Virū intelligentia sint composita ex materia & forma. d. 4. q. 3.

14. An recte Philosophus ostenderit unum esse in Mundo motorem. d. 4. q. 4.
15. An primus motor juxta sententiam Aristotelis omnis mutationis & magnitudinis sit ex pers. d. 4. q. 5.
16. Quomodo substantia separata creata intelligant. d. 5. q. 3.
17. Vtrum substantia intellectualis creata interdum intelligat in actu, interdum in potentia. d. 5. q. 4.
18. Vtrum Aristoteles cognoverit Deum ubiq. esse. d. 5. q. 6.
19. An Deus sit extra cælum. d. 6. q. 2.
20. An primus motor secundum Aristotelem sit infinita virtute præditus. d. 6. q. 3.
21. An sit in omnibus disciplinis utilitas spectanda. d. 6. q. 4.
22. An cuilibet libere philosophandum sit. d. 6. q. 5.
23. An peccatum originis sit substantia. d. 6. q. 6.
24. Quodnam sit verum individuationis principium. d. 7. q. 3.
25. An individua differant specie. d. 7. q. 4.
26. Quæ ratio subalternationis in scientijs. d. 9. q. 1.
27. Quæ sit ratio Materie & Formæ in causatione. d. 9. q. 3.
28. Annon omnes formæ educantur. d. 9. q. 4.
29. An materia in suo esse dependeat a formâ; & vicissim formæ à materia. d. 10. q. 2.
30. An accidens producere possit substantiam. d. 10. q. 4.

### Questiones Physicæ.

1. An stellas omnes creaverit Deus & quoto creationis die. d. 1. q. 7.
2. A quonam moveantur gravia & levia; quando in propria sua loca tendunt. d. 3. q. 5.
3. Vtrum mobile quod reflectitur, necessario quiescat in puncto reflectionis. d. 5. q. 5.
4. An astra agant in hac inferiora peculiari quadam virtute. d. 7. q. 5.

S. VIKAR

5. *Utrum fontes generentur ex vaporibus. d. 7. q. 6.*
6. *Vnde lapis in altum projectus moveatur. d. 7. q. 7.*
7. *An Aristoteles recte principiorum genera tradiderit. d. 8. q. 3.*
8. *Utrum cuilibet corpori simplici una tantum latitudo. cuiuslibet latitudini unum tantum corpus vite accommodetur. d. 8. q. 4.*
9. *An conversio cæli sit naturalis. d. 8. q. 5.*
10. *Qui fiat, quod ij, qui non assueti maritimis navigationibus, facile concitentur ad vomitum. d. 8. q. 7.*
11. *An cælum constet materia & forma. d. 9. q. 5.*
12. *An natura corporum cælestium & sublunarium sit diversa. d. 9. q. 6.*
13. *Quale Ens lumen d. 9. q. 7.*
14. *Quid sit formam educi de potentia materia. d. 10. q. 3.*
15. *An color apparens & lumen in aliquo differant. d. 10. q. 6.*
16. *An cælum sit dissolubile, & quomodo aliquando dissolvendum. d. 10. q. 5.*

## Quæstiones pertinentes ad doctrinam de anima,

1. *An vehemens sensus sensum vel organum lædat. d. 2. q. 6.*
2. *An sint tantum quinque sensus externi. d. 3. q. 7.*
3. *Utrum homo sit animal. d. 3. q. 8.*
4. *An Tactus tantum sit communis sensus omnium animalium. d. 4. q. 6.*
5. *Utrum Tactus sit simplex atque unus sensus, veluti visus & ceteri; An verò plures sint sensus, qui tangendo aliquid participant. d. 5. q. 7.*
6. *Qua sit causa doloris. d. 6. q. 7.*
7. *An tactus hominis sit omnium exquisitissimus & præstantissimus. d. 8. q. 6.*

Quæ-



## Quæstiones Ethicæ.

1. *Vtrum bonum rectè definiatur id, quod omnia appetunt. d. 5. q. 8.*
2. *Vtrum finis & bonum sint idem. d. 5. q. 9.*
3. *An sit aliquis ultimus finis humanarum actionum. d. 6. q. 8.*
4. *An felicitas consistat in bonis corporis. d. 7. q. 8.*
5. *Quid sint virtutes intellectuales. d. 8. q. 8.*
6. *In qua animi parte sint virtutes intellectuales. d. 8. q. 9.*
7. *Vnde desumenda distinctio virtutum intellectualium. d. 9. q. 8.*
8. *Opinio quomodo à scientia differat. d. 9. q. 9.*
9. *An quinq; sint habitus mentis. d. 10. q. 7.*
10. *Intelligentia an sit & quid sit. d. 10. q. 8.*
11. *Quid sit sapientia. d. 10. q. 9.*

## Quæstiones Politicæ.

1. *An semper sit secundum leges iudicandum. d. 1. q. 10.*
2. *An legati munera accipere possint. d. 2. q. 7.*
3. *An bella maritima præstent terrestribus. d. 2. q. 8.*
4. *An leges scriptæ in politia sint necessaria. d. 2. q. 9.*
5. *Quæ sit origo legum. d. 2. q. 10.*
6. *An leges vestitiaræ sint ferendæ. d. 3. q. 9.*
7. *An leges majorum sint mutandæ. d. 3. q. 10.*
8. *An in otiosos leges ferendæ. d. 4. q. 8.*
9. *An Forenses leges Mosaicæ necessariæ in Christianorum politijs observandæ. d. 4. q. 9.*
10. *An leges humanæ violatæ obligent in conscientia. d. 4. q. 10.*
11. *An leges sermone parum usitate scribendæ. d. 5. q. 10.*
12. *An mitius puniendi illi, qui per ebrietatem peccant, quam qui sobrii. d. 6. q. 9.*


13. An persona Ecclesiastica iudicis secularis officio fungi, ac secundum leges civiles iudicare possint. d. 6. q. 10.
14. An fas sit ad supplicium rapere principem. d. 7. q. 9.
15. An usura sit peccata Reip. d. 7. q. 10.
16. An supplicia debeant esse publica. d. 5. q. 10.
17. An in pœnis distinctio facienda inter nobiles & ignobiles. d. 9. q. 10.
18. An delatores constituendi in Rep. d. 10. q. 10.

Errata.

Disp. 3. q. 1. d. 1. l. 2. ferm. 36. q. 5. d. 3. l. 11. importat. d. 5. l. 4. continget & agit. q. 10. d. 4. l. 5. Rep. Disp. 4. q. 13. d. 7. l. 10. Bar. oc. o. Et Modos 3. ff. Dan. ap. rē. Fel. ap. ton. Du. am. is. d. 9. l. 4. Simpliciter reducitur Syllogismus converrendo, l. 5. solam minorem, l. 7. C. amestres, vel cum conversione Majoris & conclusionis, disp. am. s. d. 10. l. 4. et d. 5. v. hæc d. l. q. d. 12. l. 1. co. conclusionem, l. 2. sumenda est huius, l. 8. conclusionis, l. 9. contradictoria Minoris, l. 14. 5. Omne ambulans movetur: Omnis homo ambulat, l. 17. concluditur contradictoria Maioris, l. 21. Quoddam, l. 27. Ex vero enim, d. 1. l. 3. 3. d. v. a. r. s. q. 2. d. 1. l. 4. Individuo quodam, q. 5. d. 1. l. 1. Duobus, q. 7. d. 4. l. 2. ut in puella, q. 8. d. 3. l. 2. simul & c. q. 9. d. 1. l. 3. Deus enim, q. 1. d. 3. l. 3. principium, d. 3. l. 6. quoddam, l. 14. & mandatis suis. Disp. 6. q. 3. d. 7. l. 11. Philosophi, q. 4. d. 1. l. 3. nulla illam, q. 5. d. 1. l. 5. exoptata, d. 3. l. 1. errare, q. 5. d. 13. l. 16. stabilire, q. 6. d. 10. l. 1. ut. conclusum, q. 8. d. 2. l. 4. aliquis, q. 9. d. 4. l. 9. sapientiâ obscurari, d. 6. l. 3. naturâ, q. 10. d. 4. l. 5. subiuncta, d. 5. l. 1. iudicare. In Carn. v. 11. egregij. v. 14. Stoicida, Disp. 7. q. 1. d. 10. l. 5. perfectam, q. 2. l. 1. Eclipsis, q. 3. d. 4. l. 17. materiale, d. 5. l. 2. a. t. o. r. a. v. l. 12. effectus, d. 8. l. 4. ἰδιότητων συ. ἐς ἡμε. ἐκ. α. σ. ο. ὧ. τὸ ἀδ. ἰ. ο. μ. α. τ. ὅ. κ. ἐν. ἐπ. ἀ. λ. λ. π. ὅ. σ. π. ἰ. q. 4. d. 3. l. 19. ἀν. π. λ. ο. γ. ι. α. d. 5. l. 8. ἀ. ἰ. ἰ. ἰ. ἰ. ἰ. q. 5. d. 3. l. 5. qui animi temperamentum sequuntur, d. 5. l. 9. actionum, q. 6. d. 3. l. 5. in qua, l. 7. ingentem illam abyssum, q. 5. d. 1. l. 7. omnis, d. 3. l. 3. quam quod a movente moveretur, q. 9. d. 1. l. 3. de legibus, q. 10. d. 4. l. 7. que ex mero mutationis. Disp. 9. q. 1. d. 1. l. 11. ἀ. ν. ε. ἰ. ἰ. q. 3. d. 2. l. 14. τὸ. q. 4. d. 2. l. 23. Metap. d. 5. l. 4. γ. ἰ. ἰ. ἰ. ἰ. d. 6. l. 6. momenti, q. 5. d. 1. l. 8. averrres, d. 1. l. 2. ἀ. γ. ἰ. ἰ. ἰ. ἰ. d. 5. l. 3. π. ἰ. ἰ. ἰ. q. 6. d. 5. l. antep. illa, d. 4. l. 2. q. 7. d. 2. l. ult. ὄν.

In Cent. Tert. Disp. 4. q. 1. l. 10. τὸ δὲ τὸ. q. 1. d. 2. l. 4. bene, q. 4. d. 4. l. ult. sunt ut differentie, q. 5. d. 1. l. 17. Et quidem tria, q. 6. d. 1. l. 7. Veruntamen, q. 7. d. 3. l. 2. sententia etiam, l. 6. pro obiectivè leg. subiectivè, d. 6. l. 4. in resol. e. i. u. d. e. m. & ibi. l. 6. dele illa, d. l. 7. l. 2. considerari. 1. l. 14. dele ut. d. 8. l. pen. of. s. a. t. a. q. 8. d. 1. l. penult. O. Ligario, magis ex aliorum, quàm sua opinione.

40



DISPUTATIO I.  
Centuriae Quartae.

QVÆSTIONVM  
ILLVSTRIVM

PHILOSOPHI-

CARVM

In Inclytâ VVitebergensi Academia

Proposita:

PRÆSIDE

M. IACOBI MARTINI

LOGICES PROFESS.

Publ.

RESPONDENTE

THEODORO BERGMAN

Hildesiâ Saxone.

Ad 23. Decemb. hora à 6. matutina in auditorio col-  
legii veteris.

VVITTEBERGAE

Excudebat Iohann. Schmidt, Sumptibus

Pauli Hellvigiū Bibliop. Anno 1607.



*Magnifico, Clarissimo, Consultissimo, doctrinâ &  
auctoritate præstantissimo Viro*

**Dn. PETRO HAGEN I. V. D.**  
Illustrissimi Electoris Colonienſis, Episcopi  
Hildesheimenſis Conſiliario intimo;

*Item, Viris*

*Auctoritate, prudentiâ & rerum uſu Clariff.*  
**Dn. BARTOLDO KOLEVES/**

*&*

**Dn. GEORGIO Dethmers/**  
Celeberrimæ Hildesheimenſium Reip.  
Magiſtris Equitum ſtrenuis,

*Nec-Non*

*Doctrinæ ſingularis, ſummæq; integritatis Viro*  
**Dn. IOHANNI IANO, SCHOLÆ**  
Andreanæ Hildesh. Conreſtori vigi-  
lantiſſimo, Præceptori ſuo ho-  
norando,

*Dominis Patronis ac promotõribus ſuis apprime colendis*

Problemata hæc Philoſophica debite gratitudinis  
& obſervantiæ ergo  
inſcribit

*Theodorus Bergman*  
*Reſpondens & Auctor.*

QVÆSTIO I.

An Philosophia hominis naturam & perfectionem procuret & instauret?



Questionum ꝑ illustrium Philosophicarum Centuria 4.  
Tertia finem per Dei gratiam imposuimus; Quarta nunc oꝝ dꝝꝝ initium facimus, quam ut feliciter quoque finiamus, Deum, cuius in omne re gloriam quarimus, auspitem propitium, ducem & directorum presentem clementem nobis seruo precamur. Quandoquidem, ut dislichon Philippi Melanichonis habet, Nullius est felix conatus & utilis unquam,

Consilium si non detque iuuetque Deus.

Immo nostra hac in litterarum studiis peregrinatio, sine superna luce miserabilis quadam erratio est, uti scitè, ut solet, acutissimus ille Scaliger loquitur. Exerc. 359. sect. 1.

Cum ꝑ hac igitur luce, Deo inquam, eamus ad rem & obiectum, quod primum dispicere fert animus. Occipiamus sic: An Philosophia hominis naturam & perfectionem procuret & instauret?

Na ꝑ nos tibi cum hac questione ridiculi? Ecceur? Qui jam primum querere incipimus, inseruiatne hominibus nec id, in quo jam ante diu multumque desudarunt alii, in quo consequendo & assequendo multum temporis, laboris, viriumque collocarunt. Hoc certè est, inquis, suspensio sine demum iudicium facere, rectène an secus factum dispicere. Profectò nostros cer vos canes, currum vero equos nostros trahere suscipaberis.

Verum ꝑ si forte ridiculi tibi, non tamen nobis aliisq; multis. Nam οὐδὲν ἀπορεῖν οὐδὲν ἀεὶ τῆς σοφίας: Rectè dubitare tanquam initium sapientia est. Aristot. 3. Metaphyl. cap. 1. Dubitatio, inquit Scaliger, Exerc. 312. est prohibitio quidem progressionis ad intelligendum, sed cum motu disquisitionis. Dubitare quippe hic, quis de Philosophia utilitate posset, immò nec dubitare modo, sed & à sacra

Philosophie studio planè deterreri, a velli, disijci. Invenies enim non paucos, qui Philosophiam naturam & perfectionem hominis evertere & pervertere, atque propterea è scholis planè eliminandam & proscribandam esse, adseverare non verentur.

5. Assertionis ꝑ hujus sua obtinenda gratiâ I. testimonia quedam è scripturæ sacre fontibus in medium adferunt, quorum i. ex epistola Pauli ad Coloss. 2. vers. 8. petitur; ibi enim Apostolus, Videte inquit, ne quis vos deprædetur per Philosophiam, & inanem deceptionem, juxta traditionem hominum, juxta elementa mundi, & non juxta Christum. Hinc arguantur sic: Quod cavendum est nobis, quod nos deprædetur & decipit, id naturam & perfectionem hominis procurare & instaurare nequit. At homini cavenda est Philosophia, jussu & auctoritate D. Pauli, imò deprædetur & decipit nos. Ergo homini prodesse, ipsiusque naturam perfectionemque procurare & instaurare nequaquam potest.

6. 2. Adducunt ꝑ illud, quod Paulus i. Corinth. cap. 1. & 2. habet: Scriptum est enim, Abolebo sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium tollam è medio: Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi disquisitor seculi hujus? Nonne infatuavit Deus sapientiam mundi hujus? &c. Hinc tale contra divinam Philosophiam extruunt fulmen damnatorium. Sapientia que à Deo perditur, aboletur & infatuatur, illa hominis perfectionem naturamque nequaquam quit in meliorem statum reducere: At Philosophia est illa ipsa sapientia, que à DEO tollitur, aboletur & infatuatur; Ergo. Verum quod hæreticis accidere solet, dum falsas suas opiniones ex scripturis sacris confirmare nequeunt, ad vana stolidæque rationis signenta & pigmenta confugiunt: idem & his e venit.

7. Proinde II. rationibus contra sacre Philosophiæ utilitatem pugnant. Et i. quidem à qualitate causarum efficientium Philosophiam ita: Mala arbor profert fructos malos; inquit Christus Luc. 6. vers. 43. Causæ enim malæ effectus non nisi malus. Quippe effectus nunquam suâ causâ præstantior, nec causæ suæ excedere virunt: non potest, Cum nihil supra suas agat vires. Quorum enim efficientia sunt bona, ipsa sunt bona, At quorum efficientia sunt mala, ipsa sunt mala. Ex Aristot. 2. Top. 9. 5. 3. Atqui Philosophia arbor & causa fuit mala: nempe homines Ethnici, de quibus Paulus ad Ephes. 4. scribit, quod ambularint in vanitate mentis suæ, dum men-

tem

rem habuerunt obrebebratam abalienati à vita Dei, propter ignorantiam, quæ est in illis, & exaccationem cordis eorum, &c. Ergo ipsa Philosophia, fructus Ethnicorum, est mala. Et per consequens homini prodesse, ipsius naturam instaurare, & in meliorem reduci, erit fatum nequit.

2. Sophisticantur † porro: Quod variis dissensionum & opinionum monstrorum sectis est distractum, sibiq; neutiquam constans, id ipsum nullam habet, nec tradere certam ac salutarem doctrinam, nec hominis salutem promovere & procurare potest. At Philosophia variis dissensionum ac monstrorum opinionum sectis distracta est, dissidentium infinitis controversiis agitata, nec sibi constat. Ergo &c. Unde Basilus de sectis suorum temporum ita scribit: Non opus est, ut nos contra illas pugnemus, cum illæ multis dissensionibus sufficiant ad suam ipsarum doctrinam evertendam. Et certè, quæ & quot sint hodie Philosophantium dissidentes sectæ, loquitur præsens aë.

3. Nullam † quoque, inquit, Philosophiam cultoribus suis unquam omnino utilitatem, quæ præ cæteris hominibus frui potuissent, attulisse, probant exempla tam multa quam varia. Quem fructum consecutus est Plato ex sua disciplina & Philosophiâ? Quid Aristoteles profuit dies noctesque Philosophiæ studio incubuisse, verumque & genuinum Philosophandi modum posteris reliquisse. Quos fructus percepit Aratus ex sua Sphærographia mundani cycli? Aut quem fructum sensere alii, qui iisdem incubuere studiis? Herodotum & Thucydidem historie non iuverunt, nec Pythagoram occulta & arcana. Quid utilitatis pepererunt reliquis sua dogmata Philosophis, qui plurimi fuere? Nolo enim nunt, plurimi quia sunt recensere omnes. Certè nullus alius laborum fructus ad eos per venit, quam vana hominum fallaxque gloria, quam ne quidem ipsi condignè consequi quiverunt. Ex quibus omnibus constare puto, Philosophiam hominis naturam & perfectionem nedum procurare & instaurare, sed etiã in medio plane tollendam esse. Videat, qui volet, plura hac de re apud Henricum Cornel. Agripp: De vanitate omnium scientiarum.

Nos † contra, qui haut aliene libidinis mancipium (Scaliger 10. Exerc. sect. 4.) Philosophiam non duntaxat utiliter, sed etiã ad naturæ perfectionem omnino necessariam esse. & p. ci. (raro & in multiloquio veritas) p. r. p. t. o. sibi  
co. ff. vsi

constans, fragmenta & pigmenta respicit, ita confirmabimus: Per quod  
Deus sapientiam hominis instaurat, per id quoque hominis naturam  
& perfectionem, que in hac vita sperari potest, reparat. Scientia nam-  
que & sapientia animi perfectio est. Atqui Deus sapientiam hominis,  
divinam quidem & salviferam per Philosophiam divinam doctrinam-  
que verbis, instaurat: ejusdem verò sapientiam humanam regit qui-  
dem divina, sed reparat ac restituit per Philosophia humane artes hu-  
maniores. Ergo per Philosophiam quoque perfectionem nostram hic  
inchoat & reparat Deus, in eterna vita consummaturus.

<sup>12</sup> Quod + ut manifestius appareat, ag: Naturam hominis, qualis  
quidem post lapsum ea est, paululum introspeciamus. Conditus erat  
homo primum à Deo viribus naturalibus integer, & spiritualibus do-  
cibus ornatus & auctus. Erat ita conditus homo, ut non modo rerum  
humanarum naturalium, mathematicarum, civilium & economicarum;  
Sed & divinarum rerum scientiâ excelleret. Verùm libertate  
voluntatis adversus Dei interdictionem abutens, ubi à Deo defectus,  
omnes vires ejus & facultates animi & corporis miserabiliter corru-  
pta sunt. Sapientie enim divinarum rerum horribilis eandem sur-  
rogata est ignorantia, & defectus vacuitasque cognitionis in rebus  
Dei; sapientia & scientia rerum humanarum naturalis, quâ homo luce  
prime va natura omnia perspiciebat, penitus obscurata & infirmata  
est. Duplici itaque morbo laborans homo, & spirituali & naturali, du-  
plici quoque indiget medicinâ, altera spirituali, quâ homo Deo recon-  
ciliatus restitui possit, altera naturali, qua defectus naturali medea-  
tur, animumque inscitie rubigine obductum perpoliat, ut Scaliger Ex-  
ercit. 37. Sect. 4. loquitur. Nos jam medicinâ spirituali negligentiâ  
naturalem considerabimus.

<sup>12</sup> Consistit + igitur defectus, cui illa medicina naturalis mederi debet,  
in quatuor potissimum. 1. In veritatis rerum ignorantia, & erroris fa-  
cilitate, 2. In difficultate utendi tum ratione nostrâ ad intelligendum &  
judicandum, tum oratione ad necessitatem dignitatemque rerum cum sa-  
lis communicandarum. 3. In lubrico usu, & periculosa rerum cognos-  
cendarum experientia. 4. In affectuum animi judicijque conturbatione.

Hujc + igitur defectui quadruplici, quadrupliciter instituitur  
<sup>13</sup> Philosophica medetur. Nam 1. Rerum naturalium ignorantiam col-  
lit studium Physica, Ethica, Oeconomica, Politica, &c. 2. Rationem  
hominis expolit & instituit suis præceptis Logica; Orationem hominis  
puram



puram formant preceptiones Grammaticae, modificatam & exornatam reddit elocutio & pronuntiatio Rhetorica. 3. Usus rerum regis ipsa artium constantior ratio, iudiciumque firmiter & crebrius artificium. 4. Affectuum motus sedant morales Philosophiae documenta, ut nihil de ceteris dicam artibus, quantum ille ad hominis felicitatem & perfectionem naturalem, sua informationis operâ conducant, modo creber accedat usus, & prudens artium exercitatio, sine iis enim sapientia nostra est quasi intermortua. Cum tantum quiescat, quantum exerceat.

Conclusum ¶ igitur esto, Philosophiam hominis naturam perfectio. 14- nemq; procurare, instaurare, perficere.

Pro argumentorum ¶ in contrarium adductorum solutione Di. 15  
stinguendum esse censemus. 1. Inter id quod per se est, & illud quod est per accidens. 2. Inter verum rei usum & ejusdem abusum. 3. Inter Philosophiam veram sanam & recte usurpata, & inter Philosophiam inanem falsam & insanam, seu inanem deceptionem, tum etiam inter philosophiam paganam & Christianorum veram. 4. Inter actiones hominum spirituales, & corporales externas s. u. politicas.

His praemissa ad argumentum 1. prioris opinionis respondemus ne- 16- gando minorem. Paulus enim non dicit, Cavete vobis à Philosophia; sed caute ne quis vos depraedetur per Philosophiam. Cavenda est itaque depraedatio, quae fit per Philosophiam, non Philosophia ipsa. At inquit: Per quod fit depraedatio, illud ipsum est fugiendum. At depraedatio fit per Philosophiam. E. Philosophia est fugienda. Solvens dico: Per quod fit depraedatio & deceptio, scilicet ita, ut id ipsum in se, & ex se depraedandi, fraudandi vim habeat: Alias si aliunde scabies, illa ipsa affricetur, non tam id ipsum, quam ejus scabiei fugienda est. Effectus namque, qui causa adventivus est, alienaque facultatis, ipsam causam non commendat, ita nec vituperat. Recte ergo Flac. Illyrius in Tract. de ratione cognosc. S. lit. ait, Paulum non de Pseudophilosophia solvi, sed & de vera Philosophia abusu & impostura loqui. Videatur Moses Pfacherus in Praef. Anal. Typ.

Ad secundum limitando minorem: Vera enim illa est si de vana & 70  
falsaque Philosophia & inanem deceptione, quae prava & corrupta rationis dictamen audit, intelligatur, Falsa verò de Philosophia vera sanaque, quae recta rationis sectatur regulam, accipiat, id quod ex Pauline dissertationis scopo & analysi facile patet. Apertum igitur oculis & in fabrica illa tua inde exstructa quaternarium terminorum numerum, quae Logico semper suspectus est, videbis, Sed haec in aurem. At

18. *Ad tertium + limitando majorem: Mala arbor, scilicet toto suo genere mala, bonos fructus edere nequaquam potest. Iam ad minorem: Arbor, id est causa Philosophiae, sunt mala non toto genere, sed certo quodam respectu. Licet enim Ethnici sint mali, nempe respectu actionum spiritualium: non tamen corporalsum, externarum & politicarum, seu Philosophiae respectu. Deinde, Neque soli Ethnici Philosophiae causa fuere. Prima namque & Princeps Philosophiae causa Deus ter Opt. Max. qui hominibus Ethnicis tanquam instrumentis ad eam conficiendam usus est, qui si quid erroris adsperserunt Philosophiae, id est ex parte hominum, sua etiam, ex caeca ignorantione, vel Ethnicis opinionibus, adicientium, non vero ex causa princeps, neque ex domo Dei.*

19. *Ad quartum + limitando majorem: Si ipsum quod distractum est sedarum varietate, suo vicio, suaque inconstantia in partes abijt varias, adeoque si per se sibi non constat, id hominis naturam sublevare non potest. Iam vero non in se se, à se Philosophia habet quod dirvellatur, sed ab externa quapiam & extrinsecus adveniente causa mala. E.*

20. *Ad Quintum + Negando minorem: Veram enim sanamque Philosophiam, qui fructu suo destitui autumat, is ne limen quidem ejus salutavit. Et unde quæso tu argumenta tua, quæ contra Philosophiam tornasti, habes? Ex Philosophia credo. Utilitatem igitur Philosophiae factò ipso demonstras, licet verbis id ipsum factum quidem audacter neges. Verum nos satis diu cum hac questione fuimus, in aliis breviores.*

## QVÆSTIO II.

An modi Syllogismorum indirectè concludentes fini legitimi?

1. *Quæ de figuris syllogismorum, idem etiam de modis figurarum queritur: Non enim de ipsis tantum syllogismorum figuris an tres duntaxat sint, & numbe ipse sufficiant, vel an etiam Quarta, quæ Galeni inventum perhibetur (teste Averroë in Cap. 8. lib. 1. Prior. Anal. Zabarella de quarta syllogism. Fig. cap. 1.) tribus istis superaddenda sit: sed & de modis figurarum, utrum nimirum numerus eorum in qualibet figura positus, quaternarius in prima & secunda, senarius*

varius in tertia, sit sufficient, anxie queritur & perquiritur. Nos hic  
ne nescius sis, neque de quarta Galeni figura, neque de Syllogismo cujus-  
libet figura propriis seu singularibus: sed de modis indirectis, ut vo-  
catur, cujusmodi sunt Baralipon, Celantes, Dabitis, &c. tantum  
acturos esse protestamur. De his num modis legitime concluden-  
tibus accensendi sint videbimus.

Quod si sint, suadent nonnulla. Aristoteles enim duos istos, 2.  
quos Papetmo & Frisefomorum vocare solent, modos, in cap. 8.  
lib. 1. prior. posuit. Deinde idem ipse in 1. prior. cap. 4. & 23. mul-  
tos Syllogismos in figuris esse, qui plures conclusiones colligant asserit.  
Vnde, modos obliquos directis equiparandos esse, quis colligere possit.

Verum nos, modos hosce indirecte concludentes, si ve in primis, 3.  
si ve in secundis, tertia ve conficiantur figura, ex agro Logico extirpandos  
esse, hinc conamur rationibus et incere: 1. Quicumq; Syllogismi non pro-  
cedunt naturaliter, seu super quos Syllogismos non cadit cogitatio natu-  
ralis, (ut Averroes in cap. 8. lib. 1. Prior. Analyt.) illi in Logica  
nec ferendi, nec aliis modis legitime concludentibus accensendi sunt.  
In Logica enim, non qui contra naturam procedunt, sed qui natura  
consentanei sunt, Syllogismi considerandi sunt. Ex Zabarell. de  
Syllogism. Fig. cap. 8. At super Syllogismos oblique concludentes non  
cadit cogitatio nostra naturalis. Siquidem cogitatio naturalis vult,  
ut, quod minor erat & subiectum in premissis, & quod major erat &  
predicatum in premissis, id fiat etiam subiectum & predicatum in con-  
clusionem. Hunc vero ordinem naturalem modi illi indirecti tantum ab-  
esse ut observent, ut potius plane invertant eundem. Ergo in Logica  
considerandi non sunt, neq; aliis Syllogismis legitimis & justo modo collig-  
entibus enumerandi.

2. Arguimus si porro sic: Perfectum semper mensura est imper- 4.  
fecti, seu: Rectum & sui & curvi est index. Aristor. 7. de Anim.  
c. 85. item: Omne perfectiorem, presupponit id, quod per se, ad  
quod est reducendum. Aristor. 2. Physic. cap. 8. text. 66. Zabarell.  
lib. 1. de Motu grav. & lev. cap. 6. Atqui modi illi indirecti depen-  
dent ex directis, eorumque accidentia potius, quam peculiare modi di-  
cendi sunt: esse enim non nisi transpositio quedam propositionum in il-  
lis; qua beneficio doctrina conversionis dirigi potest, immo debet; de  
qua cum aliis in Logica precepta tradantur, (Vide Aristotel. lib. 1.  
prior. cap. 2. & 13. q.) quid attinet hic sine manifesta necessitate figu-  
rarum

rarum modos multiplicare. Immo quæ per accidens fiunt, artibus curæ  
 non sunt, nec in iis tradenda, secundum veterem Canonem, desumptum  
 Ex 3. Metaph. 2 & 5. Metaph. 2. Hinc recte Philippus Melanch-  
 thon lib. 3. Dialect. de modis prima figura agens inquit: Seideo, de  
 modis directè concludentibus agere, alios vero obliquos spon-  
 te omittere, quod supra de conversionibus dixisset, unde intelli-  
 gi possit, quæ propositiones ad quas in conversione sequantur.  
 Et certè omnis Syllogismus inferens conclusionem universalem affir-  
 mativam, verbi gratia, Omnis homo est corpus, infert median-  
 te hac duas particulares affirmativas, unam ei subjectam, & alteram  
 eius conversam. Nam si ostensum est, Omnem hominem esse  
 corpus, simul ostensum est aliquem hominem corpus esse, & ali-  
 quod corpus esse hominem, nec est tamen alius modus Syllogismi,  
 sed idem obliquè concludens. Modigitur indirecti pro modis in fi-  
 guris agnoscæ, & in eodem cum reliquis precia haberi nec possunt, nec  
 debent.

s. Dubitationem ꝑ itaque solvens dico; Licet ex Aristotele modi  
 illi, quos vocant Epesmo & Epesomorum, colligi possint: scien-  
 dum tamen est Aristotelem modos illos non voluisse esse prima figuræ  
 proprios, sed affectiones potius figurarum omnium, unde & extra fi-  
 guras eorum mentionem fecit. Zabarell. in lib. prior. Analyt. Ideo  
 sit iudicium de illis tribus modis quos ex Boetio (Libro de Catego-  
 riis Syllogismorum) colligunt alii, quosque Baraliptron, Celantes,  
 Dabitis nominant. Et licet in prima figura sedecim inveniantur  
 modi ratione varietatum, quæ in duabus antecedentis enunciationib.  
 contingere possunt: ex iis tamen omnibus directè concludendo quatuor  
 duntaxat, ad firmam evidentemque argumentationem conficiendam,  
 reperiuntur utiles & idonei: proinde Aristoteles cæteris prima figu-  
 ra modis omissis hos quatuor duntaxat declarandos & explicandos sibi  
 sumit. Augustinus Hunnæus lib. 4. Dialect. de prima Syllog.  
 figur. Cæterum cum, ut apparet, non tantum in prima, sed in aliis  
 quod figuris excogitari possint modi obliqui, qui colligunt conver-  
 sam conclusionis primariæ, vel particularem subiectam universali:  
 hi ipsi tamen non erunt appellandi alii novi modi. Zabarell. in Ta-  
 bul. Log.

### QVÆSTIO III.

An Oratoris numerus natus sit ex Poetico?

Quæst.

Quomodo cum athletis cum luctantur, gladiatores cum v. pugnant, omnia ad venustatem dirigunt, ut corporis motus oculis sit gratus ac venustus, si ve alios petant, si ve petiti sibi caveant, illiusque declinent: sic quoque orator si ve alios oratione sua petat, si ve objectioni aliorum respondeat, ad auditum dirigere omnia debet; id quod cum sit, cum Numeris sententias claudit, easque numerosè componit. Duae enim res sunt, quae permulcent aures, sonus & numerus, ait Cic. in Orat. ad Brut. Nec verò, inquit Fab. Quintil. lib. 9. c. 4. Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris contorta ferrentur. Contrà verò qualis eorum motus, quos ἀπαρδύσεις Graeci vocant, talis & eorum videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Cicero in Orat. Perfect.

Sed unde haec numeri Oratorii origo & necessitas querat aliquis? 2.  
Certè uti nulla ars repente perfecta existit. Scal. l. 4. De caus. Latin. Ling. c. 79. Sed omnes per additamenta inventae & comparatae sunt. Zab. l. 1. de Nat. Log. c. 10. Sc. 12. Arist. in Sophist. Elench. 34. adde Scal. exer. 358. l. 12. Ita numerus olim nullà cum oratione habuisse necessitudinem aut cognationem certum est. Numero enim maxime & versu differre ob Oratoribus Poetae videbantur, ait Tullius in Oratore: Verùm Oratores cum animadvertissent Poetas ob numerorum suavitatem, & jucundam harmoniam populo placere, & cum delectatione audientium audiri, se verò cum se veritate audiri, quod oratio prosa esset dissoluta, fluens ac libera, & plus artis ac suavitatis haberet Poetis, Poetas imitari ceperunt, & numeris orationem constringere.

Princeps verò inveniendi numeri, Oratorii, teste Cicerone in Orat. ad Brut. Thrasymachus fuit: cujus tamen omnia nimis erant scripta numerosè. Deinde Gorgiam ferunt in hujus numeri affectatione immodicum fuisse: & his ipsis festiuitatibus intemperantius abusum. Isocrates autem Gorgiae jam senis auditor utrumque, moderatione superavit. E. numerus ille Poeticus hunc alterum oratoris numerum genuit.

Hæc veluti in meridiana luce constituta sunt omnia. At tenebras 4.  
& noctes contra obducit, Quod posterius prioris esse causa nullo modo possit: Jam verò numerus Poeticus Oratorio est posterior. Prosa enim Oratione & libero sermonis filo & stylo utentes, longè ante Poetas existerent, liberaque dicendi ratio prius, quàm numeris astricta ab hominibus exculta fuit celebrataque, id quod vel ipse sacra nos docent litterae. Nemo enim inibi ligatà oratione usus esse perhibetur, quàm David, is.

primus omnium preces suas numeris adstrinxisse censetur. De Gracis certe res plana est, Certum quippe, Trojanorum tempore literas Gracas nondum completas fuisse, tantum abest ut Poesin id temporis coluerint. Exemplo est illud, quod excidium Ilii non Gracis, sed Punicis litteris a Diodeoro quodam Cretenfi consignatum fuisse scribitur. Ex quibus conficitur numerum Poeticum Oratoris numeri causam dici nequaquam aut existere posse.

¶ Sed et obiectiunculam hanc unice distinctione exhauriemus. Dicemus igitur aliud esse Orationem ipsam seu sermonem, & aliud numerum Orationis seu numerum Oratorum. Oratio quidem soluta, seu sermo liber, ante numerum Poeticum fuit, sed non numerus Oratorius, ille enim ex Metris exortis demum originem suam habuit. Dicemus porro Orationem ante inventa metra liberam & absque numero fuisse, non quod nullum omnino numerum habuerit, sed quod respectu iam inventi numeri Oratorii simplicior fuerit, liberior, & minus ornata. Ita haec capias velim.

## QVÆSTIO IV.

### An discrimen sit inter officium & finem?

- ¶ Ne in ignota, quod ajunt, erremus sylva, placet quaestionem certis nonnullis circumscribere limitibus, quo accessus ad eam sit facilior magisque perspicuus. Proinde parentis eloquentia consilium, quod lib. 1. offic. inculcat, Omnis, inquit, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, hoc ipsum inquam secuti, definitionem, & officii, & finis præmittemus. Nam sine definitionibus certis, quod firmum ac stabile futurum sit constitui, nihil potest. Bodinus lib. 3. de Repub. cap. 7. Quippe definitio artis quasi caput est, cor & pes, immo omnium anchorarum firmissima. Scalig. exerc. 301. l. 1. Et si quid ad scientiam scalas apparatus, ipsa definitio apparatus. Casalpini lib. 1. quaest. Peripatet. q. 1. Definitio enim amplissimum principium scientiæ. Piccol. lib. de Mundo cap. 2.
- ¶ Officium igitur definitur, quod sit congruens personæ cujusque actio. Finis vero quod sit terminus seu finis actionis, & cujus gratia actio suscipitur.

Porro

Porrò & finis duplex est: internus & externus. Finis internus dicitur opus ab artifice effectum, ut est domus in architectonica, Syllogismus in Logica, Carmen in poetica, &c. Externus autem est hujus operis usurpatio & finitio. Zab. l. 1. de Nat. Log. c. 10.

Licet tamen à quibusdam finis externus impugnetur, nec in disciplinis illius dari statuatur: Nos tamen iam pro confesso sumamus, finem externum & dari & dandum esse. 1. Quia non solum Rhetorica persuasionis, sed & Logica veritatis indagande & cognoscende gratia inventa est. Duo autem hæc persuadere & veritatem investigare fines externos esse, quis non videt? Cujus enim gratia actio instituitur, finis sit necesse est. Ex Arist. 1. Phys. text. 29. 80. 5. Metaph. cap. 2. 2. post. cap. 11. §. 1. Finis autem hic quia non ipsis disciplinarum terminis continetur, sed illarum beneficio, licet non semper, quando tamen obinetur, externus nuncupatur. 2. Quia omnis actio fluens à ratione, alicujus externi finis gratia fit. Quicquid enim à ratione suscipitur, utilitatem aliquam, cujus causa suscipiatur, ut habeat, necesse est, nisi, nos inutilia suscipere, dicere velimus, quod ipsi tamen oculorum repugnat sensui. Tam quia & Rhetorica, & Logica à ratione fluunt, & rationis beneficio inventa sunt: Proinde externi quoque finis gratia sint necesse est. Atque sic finis externus ut dicitur consequens. Quia verò palam est, finem externum aliud divorsum quid esse ab officio, ideo non de hoc externo, sed de interno sine, an ille ab officio differat, questio potissimum est?

Negativa tamen hæc nititur subteris: 1. Quo peracto res est perfecta, illud est finis. Finis namque ratione res vel perfecta vel imperfecta dicitur. Unde acquisito sine cessat ratio causandi efficientis, inquit Aristot. 1. de Generat. cap. 7. At officio peracto res perfecta est. Non aliter enim Orator, quam si bene dicat, nec aliter Logicus, quam si bene disputat, perfectus esse dicitur. Nihil proinde officium à fine differet. 2. Cause effectus esse nequit: Hic namque precedere illam solet & debet. Atqui finem causam esse, & inter causas numerari, nemini potest esse dubium. Effectus igitur esse nequit. Et per consequens finis cum officio idem planè erit.

Nos affirmativam tamen posse sustinemus, & quidem his sustentat oculis: 1. Aliud ipsa actio est, aliud actionis istius finis. Est enim finis propter quem actio suscipitur, estque & terminus & finis actionis. Quemadmodum enim causa efficiens principium motus dicitur: Ari-

Notel. 2. Phys. cap. 3. ita finis motus istius terminus. Iam verò officium actus est; In officio n. dicitur esse n. qui in ipsa est operatione. Aliud proinde officium, aliud finem actionis esse dicimus. 2. Finis est effectus. Effectus enim est cuius gratia omnia instituitur actus. Sic architectus operatur ad extruendum aedificium. Pharmacoepola ad conficienda medicamenta. Officium verò tam non est effectus, ut potius effectum præcedat. Cum fine igitur coincidere nequit.

7. Pro Questionis & decisione distinguendum esse censemus inter officium & finem in artibus consideratum, & inter officium & finem consideratum in habitibus corporis. Officium & finis in artibus & disciplinis, quæ artibus respondent, maximè à se invicem distant. Finis enim ipsa forma est, ipsa idea, quæ primo mente concipitur, & demum extra mentem in subiectum introducitur, ipsumque opus conficitur. Officium verò ipsa effectio seu operatio est. Hinc Aristot. in 3. de Cael. c. 7. finem artis effectiva opus esse inquit, ipsam autem effectiosam officium. Sic Sartoris officium est consueve vestem, finis est ipsa vestis. Sic Logici officium est efformare Syllogismum, finis est ipse Syllogismus. Rhetoris officium est efformare orationem, sed finis ipsa oratio est. Hac maximè distincta sunt, Cessante enim actione si ve officio, opus si ve finis manet. At aliter sese res in habitibus corporis habet. In his officium & finis coincidunt saepe numero, nec enim opus aliud quod producant, sed agunt simpliciter. Verbi gratia. Artis pugillatorie officium & finis est pugillare, artis saltatorie officium & finis saltare. Atque hinc est, quod huius modi corpori habitus non propriè, sed catachresticè artis nomine veniant. Ars quippe habitus animi propriè est, non verò corporis.

8. His præmissis & ad argumenta objecta accedentes, respondemus negando in utroque maiorem; aliud enim ipsa effectio seu actio est, aliud effectus seu opus per actionem productum, quodque est terminus actionis. Atque hic terminus simul & effectus est, & finis, diversis tamen ratione. Effectus enim erit, quatenus iam existit, Finis verò, quatenus à primario agente præconcipitur. Zabarell. in libr. 2. post. ad Contr. 52.

## QVÆSTIO V.

An mundus rectè dicatur *τὸ πᾶν* & universitas?

Nomen



Nomen + licet nihil efficiat, cum merum accidens sit, atque aded  
accidens, ut neutriquam res sit, sed rei ab animo ficta nota, Scaliger  
Exerc. 266. &

Multa renascantur quæ jam cecidere: cadantq;  
Quæ nunc sunt in honore vocabula:

Horat. de Art. Poer. Per magna tamen & sollicita meritis esse in im-  
ponendis nominibus cura debet. Nomen enim describente Platone in  
Cratilo, Ἰδαῖον καὶ τὸν τι ἐστὶν ὄργανον καὶ διακρίτικόν τῆς οὐσίας,  
ἡσπερ νεκρὸς ὑπόμαχον: ὅ, id est, veram substantias docendi discendiq;  
instrumentum, si ne peccent & radius ipse tele, eò quod nominibus tan-  
quam radio textorio rationes & orationes, percrepat anima nostra,  
ut ait Iacobus Schebekius lib. 1. cap. 1. pag. 92. Cumque de rebus  
disputari nominibus utamur; Nulla enim res, sed tantum nomina re-  
rum in disputationes afferuntur. Aristot. lib. 1. Elench. Soph. c.  
1. Scal. lib. 1. Poer. c. 1. Vnde præclarum illud versus πρὸς τὸ ὄρθως  
ἰδαῖον καὶ δὲ πῶτον ἐστὶ τὸ ἐπὶ τὰ ὄρθωτα & Galeni illud lib. 1.  
de Method. Medend. cap. 5. ubi contra Thesalium disputans inquit  
Principium in omni disputatione & re est nomen. Proinde non  
male nos scilicet speramus, si sepositis paululum rebus nominum etiam  
curam suscipiamus. Curam, inquam, nominis non particularem ali-  
quam rem denotantis, sed de nomine univ. si huius mundi, de quo  
num rellè τὸ πῶν & univ. si: as dici queat, questio est.

Negas + forsè sic: 1. Rerum univ. si: atate continentur omnia. Mundo ai  
non continentur omnia: hic n. cæli & terram, quæ in eis sunt, tantum  
suo ambitu compl. titur. Deum quippe mundo comprehendere nequaquã  
affirmatis. Mundus igitur neminib. hisce nominari nequit. 2. Creatu-  
rarum univ. si: atas etiã spiritus & naturas angelicas complectitur. At-  
qui hæc mundi terminis nequaquam finiuntur. Quare nec mundus  
τὸ πῶν & univ. si: atas dici poterit. Quod ipsum porro probat, 3. Quod  
aqua quadam perhibeantur etiam supra cælos esse, & sic supra mun-  
dum, non in eodem. Quin & 4. Anime beatorum & corpora glorifi-  
cata sunt cum Christo supra omnes cælos, supra quos ascendit. Qui au-  
tem supra cælos, ille non est in mundo, quod plusquam manifestum  
esse videtur: Quis igitur mundus nominibus bisce gaudere potest?

Verum

Verum ꝑ licet hac superba mundi appellatio displiceat multis:  
3. tamen rejiciendam omnino minime statuimus, tum quod graves  
auctores doctoresque Ecclesiasticos hoc ipso nomine videmus usos, tum  
quod & ab ipsis Patribus id ipsum frequentatum reperitur. Proinde  
pro Questionis decisione tum varia Mundi significata, variatim unis  
versitatis acceptio ex utroque vendas, tum & Quid sit omnia esse in mun-  
do, & quorū modis hoc ipsum intelligi possit, explicandum esse arbi-  
trantur.

4. Mundi ꝑ igitur vocabulum aliter à Theologis, à Philosophis  
aliter usurpatur. Theologicè 1. Pro rebus ipsis creatis, seu pro tota  
hac aspectabili machina sumitur. 2. Pro vitiosa ea & miserissima, que  
lapsam primorum parentum secuta est, conditione. 3. Pro una qua-  
dam, eaque nobilissima præstantissimaque mundi parte, nimirum pro  
hominibus tantum: atque ita quidem 1. vel omnibus communiter &  
indifferetè. 2. vel solis revaria & fidelibus. 3. vel reprobis & infi-  
delibus.

5. Philosophis ꝑ tria potissimum mundi nomen denotat. 1. Ag-  
gregationem ex universis Dei creaturis. 2. Omne id quod est ex caelo  
terraq; compositum, atque suo natura cælestes, quas Aristoteles in-  
corruptibiles dicit, & corruptibiles, corpora nimirum inferiora ele-  
mentaria mundi nomine veniunt. 3. Res corporeas & corruptibiles  
tantum, & ita dicitur mundus inferior.

6. Universitatis ꝑ autem vocabulum 1. Variorum generum jam  
summorum, jam subalternorum compagem notat. Sic universitas in-  
telligi generalissime potest, tam de rebus veris, quam falsis; est que  
summa omnium & Entium, & non Entium, generalitas. 2. Per  
rerum universitatem Entium & rerum verè existentium communis qua-  
dam Symplesis intelligi potest. Quo sensu etiam mundi opifex Deus  
sub universitate comprehenditur. 3. Sed & subalternorum generum  
universitas est, qua creaturarum omnium systema comprehendimus.  
Et hoc modo etiam angelica natura mundi continetur ambitu. 4.  
Species unus universitas finitur corporearum & sensibilibus tantum natu-  
rarum fabrica.

7. Omnia ꝑ denique in mundo esse multifariam intelligi potest.  
Nam 1. Omnia in mundo sunt se, undum generales rerum gradus, qui  
quatuor sunt, Esse, vivere, sentire & intelligere. 2. Secundum cujus-  
libet horum graduum genera omnia & species subalternas. Ita quidem  
ut nihil

ut nihil sit usquam nihilque factum à Deo, quod non in mundo compre-  
hendatur, & ad mundum aliquo modo pertineat. 4. Secundum: in es  
rerum species infinitas. 5. Secundum cuiuslibet speciei individua. Ex  
his patet responsio ad argumenta objecta: Quibus & alias eiusdem ge-  
neris usque & facile dissoluturi sumus.

## QVÆSTIO VI.

Quidnam sit principium mundi efficiens?

Mundum ꝑ ab elegantia, pulcherrima, ordinatissima que re-  
rum dispositione dici certum est, ut mundus, quasi purus, ornatus, ele-  
gans seu pulcher dicatur, de quo Distichon:

Non alio mundus debebat nomine dici,  
Nomen ab ornatu convenienter habet.

Vnde Thales Milesius ille è septem sapientibus Græcia, inter-  
rogatus, quid omnium esset pulcherrimum? Mundus respondit: Est  
enim opus Dei, quo nihil pulchrius est. Erasmi. 7. Apoph. ex Laert.  
lib. 1. Quod si ita est, ut sanè est, Causa & principium mundi pul-  
chrius est. Propter quod enim unumquodque tale est, illud magis  
tale est. Aristot. 1. post. cap. 2. §. 14. Philop. Melanchi. libr. 4.  
Dialect. pag. 297. Et qui quid dat esse alicui, perfectius & prius co-  
est, quod accipit. Goelen. disput. 4. Aphorism. Log. Opinione  
enim de mundi æternitate cum sanioribus omnibus hic exulare jube-  
mus. Vnde nec hos Maqili versus laudabimus, quando de Mundo  
ita canit:

Hæc æterna manet, divisque simillima forma,  
Cui neque principium est usquam, nec finis in ipso:  
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Quidnam igitur principium illud mundi efficiens sit, queris? 2.

Questio sane non ita explicari facilis, quò tamen facilius & expeditius  
eius sit tractatio & evolutioque, quid sit Principium ago consideremus.  
Est autem Principium, dissonante Patrio, quod ante omnia est, in  
quo omnia, à quo omnia, & post quod omnia. Hermes Trismegistus  
ita: Absque principio nihil, principium vero ex nullo, quam ex se-  
ipso. Plato hoc modo asserit: Principium ingentium. Ex principio  
enim

enim necesse est, omne quod gignitur gigni, ipsum verò ex nullo. Atque hoc Aristotelis illud quadrare videtur quando inquit: Oportet principia neque ex se invicem esse, neque ex aliis, & ex his omnia. Arist. 1. Phys. c. 5.

3. Quatuor igitur principii conditiones seu proprietates esse videntur. 1. Ut sit ante omnia. 2. In quo omnia. 3. A quo omnia. 4. Post quod omnia. Breviter hac evolvamur. Evolutis enim hiis quid sit principium mundi efficiens innotescet.

4. Ante omnia igitur ut Principium sit, suadet non modò ratio, verùm etiam necessitas ipsa urgere videtur, eo quod negatio contradictionem involvat. Multitudinem enim in hac rerum universitate vides incomprehensibilem, innumerabilem. Vides multa rerum genera, multas species, individua multa, multa tota, partes multas, actiones multas. Multitudo autem hac an ne ordine ab quo constat? Procedamus sic: Aut aliquo constat, aut nullo. Si nullo, Causa effectum suum sequetur, Effectus causam suam præcedet, genus species, totum partes sequetur suas, sublime corpus primum erit infimum, & infima terra supremum erit cælum. Omnia per omnia erunt susa. Elementum ignis erit elementum aque, nec inter aerem & terram ullum erit discrimen, At hoc ipsum ipsi oculorum contrariatur sensui, ipsi experientie.

Nam facies quæcunque tamen sub origine rerum  
Convenit, & certo digestum est ordine corpus.

— atque ignibus ignes

Respondent: media extremis, atque ultima summis.

Manil. lib. 1. Astronom. Est ergo aliquis in rebus mundanis ordo, certa que ordinatio. Vbi autem ordo, ibi est & primum, & secundum, & tertium, & reliqua porro. Primum autem illud in universitate quidnam? Nihil certe aliud, quam rerum omnium principium. Primum igitur hoc principium ante omnia sua est principiatum. Et primum hoc principium unum, Zoroastri Monas paterna, & ut Hermes inquit, Monas omnium existit principium & radix. Hoc enim verè est principium sine quo non, & quidem præcise, sicut unitas in numero multitudinis. Sine hoc namque uno principio entium nullum aut consistit aut constat. Inde omnis entium ordo suum artum habet. Ab eo entia numerari incipiunt. Ab eo produlta sunt omnia. Hoc dedit omnibus. Entibus suam Essentiam, vitam & habitum per omnia.

Acto.

Aetor. 17. vers. 25. Ab hoc conservantur, Vno enim hoc ab eis ablatum in interitum, ac forte in nihilum ruunt omnia. Quomodo manente principio, necesse est manere omne, quod continuatur cum eo. Aristot. 8. Phys. 52. In hoc crescunt & augetur. Ab hoc patre luminum descendit de super omne donum perfectum. Jacobi 1. vers. 17. Ipsum Entibus omnibus tanquam finis propositus est. Ad hoc omnia redeunt, eique & uniri & ipso frui annuntiantur. Est igitur principium hoc principium ordinis & numerationis, productionis & constitutionis; Principium conservationis, accrementi, perfectionis, Principium ut finis, principium denique reditus ad ipsum, & anagoges & reductionis. Principium igitur hoc ante omnia reliqua & principia & principia principiorum est.

Pedem hic figere non nihil cogimur. Audimus enim ita obstrepentem: Si principia sunt ante omnia, quomodo omnia sunt in principio? Hoc enim si datur, cum principio simul omnia, & principium cum omnibus, non autem ante omnia erit. Et in hoc si acquiescimus, ante & simul idem sunt, & ἀδύνατον. Quid hic respondendum? Opiniorum hic varietas. Quidam ajunt, principium ante omnia esse, omnia tamen ea in se habere, quia ipsum in se ipso ea produxerit, & ante earum productionem ipsum erat. Nonnulli vero, esse omnia in principio, ut in semine cuncta. Et semen illa cuncta esse & cuncta esse illud semen: Ita & principium pronunciant esse illa omnia, que in se sunt, & hac omnia esse ipsum. Ajunt igitur: Principium esse ante omnia, nimirum ea, que extra principium sunt ab eo producta: simul vero cum principio, & in principio ea omnia sunt, que sua sunt, & intra se adhuc sunt, & nondum sunt producta. E. principium & ante omnia scilicet producta est, & in principio erant antequam producerentur. Sed exoritur hinc dubium aliud. Si in principio omnia: principium autem unum est, & unum undiquaque non est nisi unum, quomodo vel in eo erunt omnia, vel ipsum erit omnia? Nam si in eo omnia sunt, unum erit multitudo, E. unum erit & unum & simul multitudo? Absurdum. Respondemus cum Patricio, Omnia non esse ubique multitudine distincta. Non uno, inquit ille, modo, sed triplici omnia dicimus: Omnia uniter, omnia unia, omnia distincta, idcoq; multiplicata. Posteriora duo explicatione forsitan non egent. Prius illud ita explicat Patricius: In uno omnia sunt, sed suo modo, nimirum si ita liceat fari, Vniter Græci dicerent ἐνικαίως, quod Latini plene non exprimunt. Vniter, id est modo quo uni competit, indivise, indivisum, unde videlicet omnia sint in uno; ita & quamvis omnia sint, unum potius

potius sint, quam omnia. Omnia inquam, ut sint unum. Namque unum est per se & sua natura & hyperxin & primo. Omnia autem est, quatenus ea in se habet indistincta, & uniter, secundo, & quatenus omnium est causa. Et licet multipliciter aatem quandam hoc implicare videatur, quod ad cogitationem nostram, que id non nisi ut multiplex concipit. Ipsum tamen eo quo unum est, omnia est.

6. Tertia  $\dagger$  principii proprietates est, ut Ab eo sint omnia, scilicet principia. Id vero hoc modo demonstrari poterit. Entia sunt aut à nihilo, aut à non casu, aut à non causa, aut à causa. Non à nihilo: Ex nihilo enim nihil produci potest, cum nec hyperxin, nec vires ad producendum habeat vias. Et si haberet, nihil iam esset aliquid, quod absurdum. Neque à casu sunt eadem pene ratione, quod casus hyperxin non habeat, nec vires nec actiones. Neque sunt à non causa. Causa enim omnis ad suum reducitur effectum. Non causa: verò effectus est nullus. A causa igitur Entia ut sint necesse est. Sunt ergo vel à se ipsis vel ab alio. Non à seipsis: produxissent enim seipsis. Actio productio est actio, actio à viribus, vires ab essentia. Existissent ergo antequam essentiam habuissent, quod præter verum. Fuere igitur ab alio. Idque vel à multis, vel ab uno, vel ab utrisq. Non à multis. Quia & hæc multa fuissent vel à seipso, vel à casu, vel à non causa, vel à nihilo: Et sic eadem nobis semper offerrent sese quaestiones. Si res non fuere à multis, neque ab utroque uno scilicet & multo simul: Nam & hæc multa. Ergo ab uno omnes ut sint necessarium consequens est. Illud igitur verissimum entium principium est; sine cuius participatione entia omnia ruerent in nihilum. Claudemus nunc quaestionem hanc ultima principii proprietate, qua est Post quod omnia. Hæc vero ita demonstrari posse videtur. Quod ante omnia entia fuit, post illud omnia ut sint necesse est. Principium quippe si antecedit omnia, omnia principium sequantur irrefragabili necessitate sequitur. Principium autem ante omnia fuisse entia, primam principii conditione demonstravimus, ita ut hic eandem apponere crambem vetet lex de regundis arrium finibus.

7. Habes  $\dagger$  de principio mundi efficiente sententio lam nostram; Nempe id principium efficiens mundi esse, quod ante omnia, in quo omnia, à quo omnia & post quod omnia. Pluribus hæc de re, disserem em legas Franciscum Patricium in nova sua Philosophia. Nostrum nunc est contemplari stellas.

Q V A.

QVÆSTIO VII.

An stellæ omnes creaverit Deus, & quoto  
creationis die?

Cogitemus † *supera atque cœlestia: hæc nostra ut exigua & mi-  
nima contemnamus, inquit Cic. 4. Acad. quæst. Animantia enim ho-  
minum causa sunt generata, ut equus vehendi, boves arandi, canes  
venandi & custodiendi: ipse autem homo ortus est ad mundum con-  
templandum & imitandum. Idem de Natur. Deor. Et nobis quoq;  
ardet nunc animus, quærere paululum (Paulina ut Porsæ utar)  
quæ sursum sunt, cœlestes tueri exercitus, & patriæ nostræ speculati or-  
namenta. Cum stellis igitur res nobis, An illas omnes creaverit Deus  
& quoto creationis die quaritur.*

*Vn. versam † hanc mundi mosem, cœlum, terramque, & qua-  
cunque in eis sunt, omnia, atque sic uniuersum stellarum chorum à  
Deo esse conditum, & ceteris, qui Christo fidem dederunt, inficias forte ibi  
nemo, nisi qui (ut cum Aristotele, Proclo, Plinio, Simplicio, Aver-  
roce, & aliis aeternitatem mundi facilius saluet) sidera quoque aeterna  
jactare velit. Ex Creationis enim historia à Spiritu sancto, per Mo-  
sen Ægypt. un nobis tradita constat, à Deo uti res omnes, ita stellæ  
quoque creatas esse. Ita enim Moses Genes. 1. vers. 14. Dixit enim  
Deus (scribit ille) sint luminaria in expansione cœli, ut dividant  
diem à nocte, & sint in signa & tempora, in dies & annos. Sint  
luminaria in expansione cœli, & illuminent terram, & fuit ita.  
Fecit igitur Deus duo luminaria magna, luminare majus in do-  
minium diei, & luminare minus ad dominium noctis.*

*Verum † res hic adhuc in incerto, non enim omnium stellarum,  
sed luminarium tantum mentionem hoc loco fieri inquit. Nomine au-  
tem luminarium Sol & Luna duntaxat veniunt, quorum ille majus,  
hæc minus luminare appellatur. Sed responsio ex sacris in proclivi. Non  
enim luminarium modo, sed & stellarum expressa ibidem fit mentio.  
Verba Moysis hæc sunt: Fecit Deus luminare majus & minus. Non  
solum autem hoc, verum subjicit porro, Et stellæ, generali nomine o-  
mnes stellarum species comprehendens. Quod quamvis ad nostram  
asserionem facere satis possit, tamen & alia scripturarum loca, testi-  
monia*

monia, dicta, stellas à Deo conditas manifestè probant. ut Psalm. 8. vers. 3. & Psalm. 136. vers. 7. Psalm. 147. vers. 4. Vbi in prioribus à nobis locis Deus stellarum conditor expresse nominatur: in posteriori nomina ipsi imposuisse perhibetur. Videat qui volet, cap. 78. Jobi, & Ies. 45.

4. Sed † nondum omnès planè hoc loco sublata dubitatio. Versamur enim & iactamur perpetuis dubitationum fluctibus, in profundo ignorantiae pelago, præcipuè ubi erigimus mentes nostras ad celestium corporum contemplationem, quorum ad intuitionem mentis nostræ directæ acies tam imbecilla sæpe est, quam ad sol. in intuendum Nihil coracis oculus. Scal. ex. 1. f. 2. Multa namq; humani capitis & basin, & ambitum, & fastigium excedere videntur. Idem Exer. 365. f. 9. Ut hic quoq; videamus, quam parum nostri constet acies ingenii ad naturæ arcana meditanda. Exer. 307. sect. 17. Quæritur enim adhuc quoto creationis die stellæ à Deo conditæ sint?

5. Si scripturas contulamus, nulla fortè hic difficultas. Sic enim illæ: Et posuit Deus luminaria in expansione cœli, ut illuminarent terram, utq; dominarentur diei ac nocti, ac dividerent lucem à tenebris. Et vidit Deus, quod esset bonum, et fuit vespéra, & fuit mane dies quartus.

6. Cæterum † contra assertionem hanc scripturarum insurgunt tum Pagani, tum Christiani. Ex Pagani Simplicius, cuius argumenta descripta sic habent: 1. Posito syderum & præcipuè solis effectu, necesse est sydera & Solem esse vel fuisse. Effectum enim posito necesse est causam propriam esse vel fuisse. Philippus Melancthon libr. 4. Dial. pag. 298. Atqui primis antecedentibus diebus sui solis & syderum effectus, nempe dies primus, secundus & tertius, itemque lux. Ergo non est quarto denum die. sol creatus. 2. Simplificissima & nobilissima corpora prius debent esse ratione originis & temporis. Atqui sydera sunt simplicissima & nobilissima corpora. Ergo. 3. Causa non est posterior suo effectui, τὸ ἄρτιον πρότερον δὲ ἄρτιον, inquit Aristot. 2. poster. text. 92. & 1. poster. 2. f. 10. & 6. Topic. cap. 4. §. 4. Omnis causa causato s. o prior est. Atqui Sol & sydera sunt causa fructificationis & securitatis arborum & plantarum, quod scilicet nascantur & crescant sumpto augmento. At enim Aristot. s. Sol & homo generat hominem; & Theophrastus ait: Annus non tellus fructificat, vis scilicet & calor syderum, quæ



quæ in anni vicissitudinibus & tempestatibus cietur, vim illam  
prolificam & productricem, qua plantæ nascuntur, terræ inji-  
cit & excitat. E. Planta non sunt ante solem, sed sol ante plantas est  
conditus. Eundem hunc Simplicii errorem, errarunt etiam A. Eugubinus  
& Catharinus quidam uterq; professione Christianus, statuentes  
astra ante quartum diem creata esse

Quoniam ¶ vero nos scripturam sacram veritatis immotam an- 7.  
choram, de rebus cælestibus. & aliis naturalibus differentem potius, quàm  
alium aliter & diversum quid ab ea docentem, sequi malumus, immò  
debemus, nec cujusquam hominis, nedum horum auctoritas tanta est,  
ut ejus auctoritatem & veritatem vel imminuere, vel evertere possit,  
ideo hos quisquiliis suis sapientia titulo tinctis libenter frui patimur.

Interim ¶ ad argumentum primum Simplicii respondemus: 1. nisi  
illud falsa hypothesis, ac si sol semper diem constituerit, etiam tempore  
creationis. Non enim sol sed lux illa primo die condita, vicem solis sup-  
piens, suo sibi à Deo indito motu diem constituit. 2. Distingui mus pro-  
inde inter ordinem & statum mundi constituendum, seu cum mundi con-  
stitutio adhuc est in fieri, (ut loquuntur) & inter ordinem constitutum;  
hoc & non illo respectu sol diei causa est. De luce autem illa, ut & de  
stirpibus sentimus cum Philone, Basilio, Ambrosio, Chrysostomo, Beda  
& aliis, idè illa ante solem & sydera condita esse, ne scilicet existimarent  
homines solem esse primam & totam causam lucis atq; stirpium, quod vide-  
ant nunc & lucem manare ex sole, & generationem & perfectionem ex ejus  
luce motuq; pendere, indeq; ansam arriperent idololatriæ, Solem q; Lu-  
namq; & reliqua astra, visa illorum pulcritudine, estimatisq; com-  
moditatibus, tanquam Deos colerent & venerarentur. Ad 2. negandam  
majorem: Non enim à nobilitate & simplicitate temporis dependet initium  
& præcessio. Immo ne ordinis quidè ratio ut excellentiora præponantur  
possit. Ipsaq; deniq; natura ab imperfectioribus ad perfectiora pergere,  
quæq; pulchriora sunt tanquam in cophœm quendam operis sui, postre-  
mo loco & tempore producere solet. Exempto sit illud, quod in formatio-  
ne hominis pars nobilissima simplicissimaq; anima nimirum, reliquis  
membris jam formatis & absolutis sit posterior. Ad 3. limitando mino-  
rem. Ne acini illa est de ordine nature post natum & absolutum  
jam mundum plene confirmato: falsa de modo quo jam constituebatur  
rerum natura, & quo jam erat in fieri. Minus proinde arguè arguetur  
in à vniuersis Ethnicis Simplicius. In summa si creatio syderum ante  
diem quartum accidit, eo autè die, ut voluit A. Eugubinus & Catharinus  
quasi

quasi per recapitulationem memoratur, quare non de aliorum dierum operibus eodem modo existimari id ipsum dicique posset, ipsa nimirum ante dies illos, in quos à Mose creatio illorum rejicitur, facta esse, & illis diebus per recapitulationem duntaxat memorari. Non aliter quippe Moses de siderum ac de aliorum operum creatione scribit. Aut sane, si ante creata sunt astra, cur non ante etiam, suo videlicet loco & ordini, eorum creatio, à Mose est inserta? His forsè aqua ipsis habebit. Sed ad Angelos progrediamur.

## QVÆSTIO VIII.

An Genii sive Angeli sint essentia, hoc est,  
an sint & existant?

1. *Quaestione* † hac, ( fatemur equidem ingenue & libenter ) si intra limites pietatis, & religionis Christiana crepidae mens hominis sese contineret, haut profectò esset opus. Nos certè de angelorum essentia ita dubitamus, ut ne quidem ullum sub vexillo militiæ Christiana militantem in rebus salutem beatitatemque nostram concernentibus existimemus adeò alienum & peregrinum, quin genios si ve angelos esse non modò sciat, sed id ipsum etiam certò firmaque fiducia credat statuatur. Vnde rectè Zabarella lib. 2. de prima rerum nat. cap. 20. Nos Christiani, inquit, asserimus angelos olim à Deo fuisse creatos.

2. *Ex superabundanti* † tamen id ipsum nos contra fanaticos quosdam confirmabimus, & quidem sequentibus rationibus. 1. Variis angelis nominibus non à sacris solum, sed etiam à Prophanis auctoribus, ab illis quidem Spiritus, stella lucis, ignis flammans, &c. &c. ab his verò Dii, Dæmones, Genii, substantia, vocat, &c. nominantur. Hæc autem nomina certi aliquid in rerum natura de notare & constituere certum est. Nec enim levi quadam temeritate ea efficta esse putandum est. Angeli igitur ut sint necessum est.

3. 2. *Mundus* † perfectus dicitur ob id, quod ex omnibus illis, propter quæ imperfectio alicujus argui possit, constat. Perfectio autem illa in triplici generis substantiis consistit: 1. Visibilibus, ut celo & elementis. 2. Partim visibilibus, partim invisibilibus ut hominibus.

minibus. 3. In visibilibus, ut angelis. Quis non darentur, mundas imper-  
fectus esset, quod tam contra Theologos quam Philosophos. Vid. Arist. 1. de  
Cælo. cap. 1.

Esse est, cuius est entitas aliqua, seu quod essentiam suam habet veram  
& aptam ad realiter existendū. Atqui angeli esse suum habent, seu essentiam  
ad realiter existendum. Quare & entia ipsos esse consequens est. Entia, inquis,  
sunt, verū rationalia? Sed rationale illud est quod rationis figmentū, quodq;  
nullum nisi ab operatione mentis esse habet. At angeli re ipsa sunt in rerum uni-  
versitate. & re vera per suam essentiam à Deo acceptam, extra officinam tē-  
dō sunt & existunt. E. non rationis sed realia entia erunt.

4. Quicquid habet potentiam, & à potentia naturali prodeuntem actio-  
nem, illud in rerum natura sic necesse est. Atqui genitorum non tantum poten-  
tia est, verum etiam à potentia naturali sese exerens actio. Quod licet hinc  
de asseramus, probamus ad tamen in questione jam statim sequente. E.

5. Cujuscumq; rei est existentia, illius & certissima est essentia. Ex-  
istentia enim essentiam presupponit Vall. libr. de sac. Philos. pag. 19. Et  
nunquam sine essentia, licet hæc sine illa esse possit. Thom. 2. cent. gent. c.  
52. Conf. Pic. l. 1. de pr. rerum mater. c. 9. Existentia namq; ad essentiam  
se habet, sicut actus ad potentiam, Thom. 1. part. sum. q. 3. a. 4. estq; nihil  
aliud quam quidam rei modus, quo res extra nihilum esse dicitur, seu quo res  
dicitur existere actu. Perer. l. 6. Phy. c. 13. Jam verò angelorum est existene-  
tia non quidem in completa qua accidentium est & partium, sed completa. E.  
& completa essentia. Modus enim existentia sequitur modum essentia. Per.  
l. 6. de comm. rer. princ. cap. 13.

6. Existentia competit ei quod actu verè per se existit. Existere enim  
est quid maxime actuale, & quædam præcipua divini esse participatio, teste  
Dion. 5. c. de divin. nom. Atqui angeli actu & per se existunt, siquidem na-  
tura sunt à Deo creata sua vi existentes. E. 7. Immo & existentia earū rerum  
est, quarum est & motus operatioq;. Atq; hæc ipsa angelis etiam competere pro-  
batum dabimus questione proxima. Angelos igitur esse necessum est. Quod &  
divis. factur l. 1. de cæl. c. 9. Nec obstat quod mente à nobis concipi non pos-  
sit & multas res alias in rerum natura existentes, non eo, ut sunt, modo, con-  
cipimus; Multa namq; humani captus & basin & ambitum & fastigium excede-  
re videntur Scal. Ex. 365. l. 9. Nec proinde tamen ex natura censu ea sta-  
tuebenda, ut nec sine manifesta necessitate nova in eundem temere intru-  
da sunt, juxta Scal. exer. 61. sect. 5.

## QVÆSTIO IX.

An Angeli sint vera iugis & vera?

D.

Septem

21. Septem in primis fuisse tempore Christi (uti Epiph. in præf. libr. de Her. numerat) in populo Iudaico sectæ: Sadducæi, Scribæ, Pharisei, Herodotaptistæ, Nazaræi, Essæi, & Herodiani; Ex quibus tamen præcipue floruerunt Pharisei & Sadducæi. Hi (Sadducæos puta) tam perverse fuerunt religionis, ut non modo resurrectionem carnis futuram non crediderint; sed & Angelorum & animarum hypostasin cum Libertinis negarint, immo & adhuc negant. Act. 23. v. 8. Vide Thesaurum A. Marlorati loco de Angelis. Nos, ut angelos vera ὑπὸ ἰσχυροῦ esse adstruamus, cogunt sequentes rationes.

1. Qualia sunt nomina rebus in natura existentibus imposita, ejusmodi quoque sunt res ipsa nominibus denotata. Atque nomina angelis competentia denotant rem per se in natura subsistentem; nempe substantiam. ἄγγελος enim latinis nuncium sive legatum significat ἀπό τοῦ θεοῦ ἄγγελος a mittendo; quia mittuntur a Deo. At quisdam nuncius aut legatus qui non simul sit ὑπὸ ἰσχυροῦ. Sic Δολφιδων Scientem, Sapientem, Latinis denotat. Quod autem scit, quod sapit substantia sit necesse est. Genii appellantur ob id, quia ut gignantur procurant, & genitos tuentur. Similiter & reliqua nomina rem
2. per se suam naturam subsistentem designant. 2. Quicquid ἴτα creatum est ut per se suam naturam subsistere & existere possit, nec alio quopiam, in quo existat, subiecto opus habet, id verum sit ὑπὸ ἰσχυροῦ consequens est. Iam verò angeli ejusmodi sunt Naturæ, nempe per se seorsim subsistentes; nec altero quopiam subiecto, in quo inhereant, & a quo sustineantur, indigentes. Vera igitur erunt ὑπὸ ἰσχυροῦ.
3. Quod ipsum ἴ quoque probat, quod angeli nondum simpliciter vulgarij, sed excellenti intelligentia, ratione & voluntate præditi inscribitis perhibentur. 4. Rationemur ἴ porro: Quicquid ita creatum est, ut tam ad bonum quam ad malum æqualiter propendeat, immò quicquid errare labi, falli, decipi, aut si velit, in perfectione sua integritateque persistere potest, id essentia per se subsistens est. Atque angeli initio ita creati sunt, ut falli, labi, errare & decipi, vel etiã in veritate, integritate perfectioneque sua persistere poterint. E. 5. Quod si jam ab adjuncto angelorum officio arguatur liceret, quid si quo clarior, manifestior, & perspicuum magis, quam angelos vera ὑπὸ ἰσχυροῦ esse. Angeli enim non Deo solum: (de bonis jam loquimur) sed & nobis hominibus inferre, Deum laudare, ipsius mandata exequi, pro nobis pugnare, excubias agere, castra metari: Malis nobis insidiari, nos leonis instar circumire, ad peccandum impellere, in mala præcipitare dicuntur. 6. Nec ἴ minus effecta angelorum id ipsum probant: Modò enim illos corporibus humanis assumptis, hominibus apparuisse, modò locutos cum illis fuisse, modò citò una cœpisse, malis tam presentibus quam futuris eos liberaffe legimus. Errorè proinde errat ex Sadducæi cum Libertinis non ferendum, quod Angelos non vera ὑπὸ ἰσχυροῦ verasque substantias, sed motus duntaxat & affectus animarum sive bonos si-

ve ma

*ae malos, aut virtutes que Deus in natura excitat, esse, affirmat. 7. Ex qua absurda  
 opinione quid absurdi sequatur pra manibus est. Primum enim, si angeli tantum  
 modo motus essent & agitationes affectuum in hominum mentibus excitati, nequaquam  
 certe angeli numerari possent, numeroque distingui, id quod tamen sacris literis est  
 frequentissimum. Sed absurdum aliud: Affirmat Christus Matth. 22. v. 30. nos in  
 altera vita futuros similes angelis. Ad ex opinione Sadducaorum & Libertinorum  
 angeli sunt motus dumtaxat sine affectibus: E. & homines secundum bonam conse-  
 quentiam in vita aeterna eiusmodi erunt. Ecquid ergo deterior conditio nostra in  
 altera quam in hac vita? Haut opinor. Facessent igitur vana Sadducaorum &  
 Libertinorum figmenta. Nos ductum Scripturarum potius sequemur, Credentes  
 angelis sanctos ad stare orantibus: offerre Deo vota & preces hominum: si sine de-  
 ceptione levare puras manus prospexerint. Bernhard. in Sermon. 10.*

### QVÆSTIO X.


#### An semper secundum leges sit iudicandum?

*Allubescit nobis affirmativa; Hanc igitur his solum anchoris: 1. Quod  
 Deum, Naturam & rectam rationem habet auctorem, & quod accurata experientia,  
 longo rerum usu, multorumque virorum prudentiam consensione formata & firmata est,  
 secundum illam semper iudicandum. Atqui leges Deum ipsum, Naturam & rationem  
 rectam auctorem habent, Unde Cicero Philip. 2. Lex, inquit, nihil est aliud, nisi  
 recta, & à numine Deorum tractata ratio, imperans honesta, prohibensque con-  
 traria, & c. de ll. Lex est ratio summa, insita in natura, quæ jubet ea, quæ  
 faciendæ sunt, prohibetque contraria. Immo leges accurata experientia, longo re-  
 rum usu multorumque virorum prudentiam consensione formata & firmata sunt. Pic.  
 gr. 10. Ph. mor. c. 19. E. in iudicando negligi nullo pacto possunt. 2. Ius est ars  
 boni & aequi l. 1. ff. de Iust. & Iure. Atqui leges sunt ius. E. sunt ars boni & aequi.  
 At secundum æquum & bonum semper iudicandæ. Leges sunt æquum & bonum. E. enim  
 virtus & sapientia maiores nostri fuerunt, ut in legibus scribendis nihil nisi  
 salutem atque utilitatem Reip. proponerent. Neg. enim ipsi quod obesse, scribere vo-  
 lebant: & si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum in legem intelligebant,  
 ait Cic. l. 1. de invent. 3. Non est iudicare secundum leges legum auctoritate fran-  
 git & minuit, introducit malam consuetudinem, per quam homines assuescunt leges  
 contemnere, aut vilipendere, ita ut paulatim à civitatibus leges evanescant, & licet  
 sint & habeantur, sunt tamen ac habentur ita, ac si non essent. Ex qua autem ci-  
 vitate leges exulant, in eam seditio bellumque ingreditur solet. Halic. l. 7. Antiq. Rom.  
 Immo sine legibus, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum  
 genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. Cicero. 3. de ll. Iudi-  
 care igitur secundum leges, legum auctoritatem confirmabit, corroborabit, multumque  
 commodi ac utilitatis civitatibus adferet. Contrarium enim sunt contrariis esse-  
 bus. Arist. 2. Rhet. c. 4. & 2. Top. 3. 4. 2. de gen. & corrup. c. 3. & 10.*

Vtrum

4. Verum et cum grano salis (ut aiunt) accipiendum est id, quod dicitur, secundum leges iudicandum semper esse. Certum enim est leges solum generatim et universali-  
 ter precipere de rebus faciendis vel omittendis: nec singularem de singularibus rebus aliquid certi iudicare et statuere, cum nec circumstantias quascumque  
 providere, vel verbis exprimere potuerint. Arist. 3. Polit. c. 11. Si quidem non magis  
 legibus singula contineri possunt, quam infinitum quiddam et immensum ab eis,  
 quod finibus exiguis, ac veluti cancellis angustissimis, conclusum sit. Nec enim legi-  
 slatores tantam potestatem iudicibus unquam darent, si legibus omnia comple-  
 ti potuissent. Bodin. l. 6. de Rep. c. 6. Certum quoque, deinde et hoc est: Summum  
 seu strictum jus summam saepe fieri injuriam. Et legem ab aequitate divisam quasi  
 corpus ex sanguine et ex animae videndi. Bodin. l. d. Et qui legibus utitur nimium  
 7. exacte, sycophantam. Menander. Proinde et leges nonnunquam necessario recipi-  
 unt interpretationem l. 2. §. his leg. de Orig. jur. quae rigorem legum seu summum  
 et strictum jus longius a naturali ratione discedens, ex prescripto rationis pro rerum  
 et personarum circumstantiis moderatur l. Placuit. 7. C. de jud. l. in omnibus  
 de R. J. Arg. hoc interpretatio vocatur saepe aequitas, benignitas, et misericordia, humanitas,  
 aequitas, bona, naturalis iustitia l. 13. §. 7. De Exc. Tut. Bona fides. 29. §. 4.  
 mand. l. bona. 31. de pos. Sumiturque, vel ex verbis vel mente legis. Ex verbis, ne  
 puta, si verba legis non sunt perspicua, vel propter ambiguitatem orationis, vel  
 propter variam verborum significationem. Ex mente vero et sententia legis totius,  
 quando pro ratione et convenientia legis effectum et intellectum eius restringit, vel ex-  
 tendit eo casu, quo nihil alio jure constitutum et definitum est. l. Quod constitu-  
 tum 21. de Test. milit. l. Si vero 64. §. 9. solut. mar. Videatur Alchuf. lib. 1.  
 Jurisprud. Rom. c. 1. Hanc et vero interpretationem iudex, qui vii boni et  
 innocentis officio fungi debet l. Caeter. Famil. Hieraciscund. facit, eamque  
 6. juxta clausulam vulgari principium rescripto, Quo ad aequum videbitur, com-  
 pensem, moderatur, unde et ab Aristotele l. 5. Nicomach. cap. 4. jus lo-  
 quens, potens et virum vocatur; Ita tamen interpretatione adhibere iudex debet,  
 ne propter munera, cognationem, odia, amicitias, paupertatem, divitias, vel legis senten-  
 tiam flectat. Quicunque enim consanguinitate aut amicitia, vel e converso  
 hostili odio vel inimicitia in iudicando ducitur, pervertit iudicium. Hieronymus  
 Super Amos, et iudicare de subditis digne nequit Gregor. in Moral.  
 Proinde non contra sed secundum legem iudicet, et ceteras le-  
 ges flectat ne rumpantur. Bodinus lib. 6. de  
 Repub. cap. 6.

Finis disputationis primae.










CENTURIA  
Quarta  
QUÆSTIONUM  
ILLUSTRIUM PHI-  
LOSOPHICARUM  
*In incht a VVittebergensi Academia  
publicis disputationum exercitijs  
Sub præsidio*  
M. Jacobi Martini Profefs.  
*publici discussarum.*



WITEBERGÆ,  
Excudebat Martinus Henckelius, Sumptibus  
Pauli Helvigiij Bibliop. Anno 1608.

The title page features a decorative border with floral and scrollwork patterns. The text is centered and includes the title, author information, and a seal of the University of Wittenberg. The seal depicts a seated figure holding a book, surrounded by Latin text: 'SIGILLUM UNIVERSITATIS WITTEBERGENSIS' and 'MDLXXV'. The page is numbered '4' in the top right corner.